

¶ve forinsecus, sive intrinsecus. Interea non immunes sunt ab afflictionibus vel castigationibus paternis, utpote quæ malæ non sunt, sed solam videntur.

נְשָׁמָךְ וִתְּאַמְּתָה:) ita metonymicè anima solet ponì pro effectu i. e. vitâ. Refert hoc Kimchi ad averruncationem morborum, qui ex defectu vel excessu humidi calidique nativi solent oriri; quos ipsos Deus vel abigit, vel si admittit, ad purgationem vitiorum inservire finit.

EXPLICATIO VERSUS VIII.

צָאתְךָ **egredi** & **ingredi tuum:**) h. e. cuncta tua negotia, quando è domo v. g. procedis ad agrum, forum, aliudve opus, extra parietes tuos peragendum, item quando *ingredēris* jam illum, ubi agenda tua tibi sunt, locum aut quando peractis tuis iterum tuas *ingredēris* ædes. breviter: custodiet tuas functiones, quæ publicas, quæ privatas, quæ pacis, quæ belli tempore, quantum & ad facienda & ad omittenda. vide eandem hanc phrasin *Deut. XXVIII, 6. XXXI, 2. 2. Sam. III, 25. Num. XXVII, 17. 21. 1. Sam. XVIII, 13. 16. XXIX, 6. 2. Par. I, 10. B Job. X, 9. Jos. XIV, 11. 2. Reg. XIX, 3. Jer. XXXVII, 4. 1. Reg. III, 7. adde sis *Druſ. cl. 2. Prov. l. 3. n. 97.* Forfassè *ingressus* & *egressus* meminisse voluit David, cùm integer fermè Psalmus sub viatoris schema te fidelem nobis depinxerit. De exitu vel è captivitate vel è vitâ hac *Kimchi*; sic introitum vel in hunc mundum, vel in cœlum affert *R. Arama.* De exitu ad bellum *Aben Ezra.**

וְעַד־עַד & usque in seculum:) patet hinc animæ immortalitas, futurique simul seculi, ubi totus homo Deum celebrabit, certitudo.

USUS PRACTICUS E VERSU I.

[1] In angustiis constituti circumspicere solemus diversimodè, opemque & hinc & illinc nobis polliceri, modò à confederatis. *Jes. VIII, 12. modò à patronis, nummis, astu, &c. L. de Curis & solicitudine.*

[2] Auxiliò destituuntur nonnunquam Reges & magnates quoque; unde te possem salvare? de areâ vel de torculari? aiebat rex Israel ad mulierem: *2. Reg. VI, 27. Sic Josaphat: 2. Par. XX, 12.*

USUS E VERSU II.

(1) Ecuris eluctetur spiritus tandem, corrigatque carnem: *Gal. V, 16. 24.*

(2) Auxiliator nullus præter Deum. Quid sine hujus nutu præstaret angelus, Sanctus, aut creatura ulla?

(3) Creator cœli terræque est potentissimus, sapiens, benignissimus; & potest, & vult salvare se invocantes: *Autor. IV, 24. Illigitur committamus eventum, post adhibita decenter media legitima: 2. Sam. X, 12.*

USUS E VERSU III.

(1) Pedes nostri sunt nimis debiles, atque ad lapsum

PSALMI CXXII. DISPOSITIO.

Hierosolymis est templum. Felicitas Jerusalem.

Est hîc I. Hierosolymæ commendatio: ubi (1) exordium à lætitia communi: (a) gaudeo (b) cum dicentibus mihi: (c) ibimus ad Domum Domini: v. 1. pedes nostri stabunt in portis Jerus. v. 2. (2) Commendatio ipsa Jerusalem, quod fit [α] benè adficiata: [β] amicè sibi consociata: v. 3. [γ] ad convenitus tribuum sacros & festivos destinata: v. 4.

A insigniter proni; b. e. facile impingimus quoad mediorum illicitorum usum, peccamus per diffidentiam, impatientiam, &c. confer *Prov. XXIV, 16. Psalm. XIX, 13. LXII, 10. LXXXIII, 2. XXXVI, 13. CXLI, 10. Jac. III, 2.*

[2] Ne labamur, impedit Deus providissimus à nobis invocatus: *Ps. CXVIII, 13. CXXV, 1. CXLV, 14.*

[3] Custodia Dei est assidua ac indeficiens; nunquam defissatur, nec viribus more hominum destituitur, &c. L. de Providentiâ.

USUS E VERSU IV.

[1] Attentione opus est singulari (ecce!) ad imprimendam rectè Dei pro nobis curam: *Ps. XL, 18.*

[2] Nos homines ob virium quotidianam absumtionem indigemus earundem restauratione per alimenta ac quietem: verum hac non egent spiritus, angeli scilicet: omnium nimine Deus sibi semper sufficientissimus: *Psalm. CII, 28. Cum dormientes milies pessimum suò somno queant exercitum, vigilesque urbem incendio suborto, Deus tamen nos metu eò liberat.*

[3] Deus est custos non unius alteriusve individui, verum totius Israëlis vel sancte sue Ecclesie.

USUS E VERSU V.

[1] Ex custodiâ Israëlis communi, meritò infertur ad custodiâ cuiusque individui: est custos tuus, o pia anima, ubiunque & quacunque fueris.

[2] Deus est umbraculum adversus omnem astum, non tam corporalem, quam spiritualem: reficit, corroborat, &c. *1. Pet. IV, 12.*

[3] Deus adstat nobis ad dextram, b. e. proximè ac commodissimè nobis adest, juvat nos, propugnat, erigit, &c., adest viventibus, adest morientibus.

USUS E VERSU VI.

[1] Cui Deus auxiliator, hic neque interdiu neque noctu cogitur metuere sibi ab adversis.

(2) Alia incommodant per diem, alia per noctem; modo nimio astus excessu, modo defectu, gelu exercemur. Percutimur modo corpore, modo animo.

USUS E VERSU VII.

(1) Deus custodit ab omni malo, quod scilicet verè malum aut noxiū suis esse potest. *Rom. II, 9. 1. Cor. X, 13. Ps. LXVIII, 20. Ebr. XIII, 15. Interea ferulam paternam non penitus seponit: Ebr. XII, 5.*

C [2] Anima & Vita fidelium custoditur contra hostem imprimis infernalem, dein contra hostes etiam visibiles: conf. *Ps. XCII, 1. seqq.*

USUS E VERSU VIII.

[1] Exitus & introitus complectatur omnes nostros motus, tam domi, quam foris, modò nosmetipso etiam in viis contineamus nostris: *Psalm. XCII, 12. XXXVII, 34. Matth. IV, 6.*

[2] Is, qui nunc iuetur, iuebitur etiam postbac in seculum usque: est enim sui semper similis: *Ps. CII, 28. Ebr. XIII, 8.*

PSALMI CXXII. DISPOSITIO.

Hierosolymis est templum. Felicitas Jerusalem.

[δ] Judiciis publicis nobilitata: v. 5.

II. Votiva appreccatio: (1) generatim: rogate pacem Jerusalem: (2) speciatim: (a) amatores tui abundant pace; v. 6. (b) sit pax intra muros tuos: (c) in palatiis tuis: v. 7. (d) propter fratres & amicos meos loquar pacem: v. 8. (e) propter domum Domini queram tibi bonum: v. 9.

PSAL-

tione Kim
Davidis n
num alias
prio. Ve
videt qui
שׁמָרָה
psalmus,
ircam fec
missionem
rofolymis
& i. Par. X
predicavit
rin popu
im, salubr
ipsam psal
do popul
ascendit c
IXX. 29. n
lonâ Israe
tac sint co
ten. 1. 3 sy
um affer
Israëlitas i
imitias
) quæ
im erant
uvencus
leagina
au, indica
cum, ho
us, dactyl
nde tibice
nis approp
nsquam
opropinq
uncios, ad
tias simu
ocursum e
quis facer
nem portâ
lumi nostri
ma. &c.
occurren
ndi loci N.
te ibant in
nas quisqu
creò aut ar
prehend
aque dum a
ebant Psaln
a cum exca
lumen, po
Le Arnoldo
eifurpant
le Wolf. Sch
uryol. c. 26
amis cant
alhuc genti
venitur: Gr
כָּנָרָה
Engel, ve
na cum illis,